

suo firmatum expresserit. Preterea Willebrandus maior prepositus, Degenhardus vicedominus et Ludewicus cantor Magdeburgensis fideliter promiserunt se bona fide operam duros, ut capitulum contractui predicto consenciat et det litteras de consensu. Sunt autem hec nomina fideiussorum et loca, ad que promiserunt intrare, et summe, in qua se obligaverunt: dominus Henricus Misnensis episcopus, Burchardus Magdeburgensis 5 burgravius fideiusserunt in centum marcas, uterque in solidum; episcopus intrabit Hallam, burgravius Magdeburgensis. Otto de Ilburc et Withego de Turgow in centum marcas, uterque in solidum; isti intrabunt Lipczk. Richardus dapifer et Bartholomeus de Buterhusen in centum marcas, uterque in solidum, dapifer intrabit Magdeburg, Bartholomeus Hallam vel Merseburg, Willebrandus maior prepositus Magdeburgensis et 10 Irenfridus de Gyuckensten in centum marcas, uterque in solidum, isti intrabunt Hallam. Hermannus de Werberch et Fridericus de Zyrnwicz in centum marcas, uterque in solidum; isti intrabunt Magdeburg. Item Bartholomeus de Buterhusen, Fridericus de Zyrnwicz, Otto de Ilburg et Withego de Turgow LIII in centum marcas, singuli in solidum et intrabunt loca superius sibi assignata. Iohannes burgravius de Gyuechinsten et pre- 15 positus Wernherus de Schonewalde in centum marcas, uterque in solidum; isti intrabunt Hallam burgravius Magdeburgensis prepositus. Ego archiepiscopus et Philippus de Hallis in centum, uterque in solidum, ita tamen quod Philippus solus intret Hallam ad Novum Opus. Preterea, si quis fideiussorum decesserit, nos tenemur alium substituere loco illius eque ydoneum. Actum incarnationis domini m. cc. xxxi., vii. idus septembris 20 coram testibus, qui sunt: Dominus Henricus Misnensis episcopus. Willebrandus maior prepositus, Degenhardus vicedominus, Ludewicus cantor Magdeburgensis. Norbertus cantor. Henricus de Warin. Magister Conradus canonicus Merseburgensis. Laici: Burchardus prefectus Magdeburgensis. Henricus comes de Swarezburg. Adolfus comes de Schowenburg. Abbo de Kouschowe et alii quam plures. 25

443.

*Erzbischof Albrecht von Magdeburg verkauft dem Bischof Engelhard von Naumburg den Burg-
wart Nerechau. Kreischau, 1231 Sept. 7.*

Hdschr.: Stiftskopialbuch zu Zeitz (Saec. XV) fol. 8. Das Original dieser Urkunde (A) besaß Bauwath Hess in Gardelegen. Es war nicht mehr aufzutreiben. Nach demselben befindet sich eine Abschrift im Staatsarchiv 30 Magdeburg.

Gedr.: Schöttgen, Opuscula min. 62. v. Mülvorstell, Reg. archiep. Magleb. 948.

In nomine domini. Albertus dei gratia sancte Maideburgensis ecclesie archiepiscopus universis presentem paginam inspecturis. Notum sit omnibus tam futuri, quam presentis evi fidelibus, quod venerabili fratri nostro domino Engelhardo Nuemburgensi 35 episcopo et ecclesie sue vendidimus proprietatem ecclesie nostre videlicet burhewardum, quod appellatur Nerechowe, cum omnibus attinentiis suis vacantibus et infeodatis, pro octingentis marcis argenti, quam pecuniam nobis confitemur esse solutam, et in utilitatem ecclesie nostre versam, scilicet in solutionem mille marcarum, in quibus tenebamur duci